

*NvK gibt Johannes (Frankfurter) und seinem Mitbruder Heinrich eine Eremitenregel. Er erfüllt ihnen die wiederholt vorgebrachte Bitte, unter seiner Aufsicht ein gottgeweihtes Leben in der Einsamkeit führen zu dürfen. Dazu empfiehlt er ihnen, die Regel des Hl. Benedikt und das Leben in anderen religiösen Laiengemeinschaften als Richtschnur zu nehmen. Durch ausführliche Anweisungen regelt er die Form des Stundengebets. Allgemeiner sind die Anordnungen über Kleidung, körperliche Arbeit, das tägliche Leben in der Einsiedelei, über Fasten und Abstinenz sowie die Beichtpraxis. Durch ihre Lebensführung sollen sie allen Christen ein Vorbild sein. NvK behält sich und seinen Nachfolgern in Brixen Änderungen der Statuten vor.*

*Kopie (15. Jh.): MÜNCHEN, StB, Clm 18551 f. 249<sup>v</sup>-250<sup>v</sup>; zur Hs. (Provenienz Tegernsee): Hallauer, Johannes Frankfurter 375. — (15. Jh.): AUGSBURG, Staats- und Stadtbibliothek, 4° Cod. 47 f. 2<sup>r</sup>-3<sup>v</sup>; zur Hs. (Provenienz St. Ulrich und Afra in Augsburg): R. Schmidt, Reichenau und St. Gallen. Ihre literarische Überlieferung zur Zeit des Klosterhumanismus in St. Ulrich und Afra zu Augsburg um 1500 (Vorträge und Forschungen. Sonderband 33), Sigmaringen 1985, 76, 111; W. Gebert, Die Handschriften der Staats- und Stadtbibliothek Augsburg 4 Cod. 1-150 (Handschriftenkataloge der Staats- und Stadtbibliothek Augsburg 6), Wiesbaden 1990, 90.*

*Druck: Hallauer, Johannes Frankfurter 376-379 (nach Clm 18551); Baum/Senoner, Briefe und Dokumente I 194-201 (nach Hallauer, mit deutscher Übersetzung).*

*Erw.: Hallauer, Johannes Frankfurter 375; N. Grass, Abgeschieden Leben. Via antiqua und devotio moderna in Auseinandersetzung um eine Waldklause im Hochgebirge Tirols, in: CGS 342ff. (Lit.); Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 79, 121ff.; Schmidt, Reichenau und St. Gallen 76; Baum, Mystik in Österreich 131; Baum, Johannes Kecks Traktat 448; R. Haubst, Welcher „Frankfurter“ schrieb die „Theologia deutsch“?, in: Theologie und Philosophie 48 (1973) 226.*

Regula et statuta heremitarum in solitudine, composita per rev. dominum cardinalem Nycolaum de Cusa.

Nicolaus, miseracione divina tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte Romane ecclesie presbyter cardinalis, apostolice sedis per Alamaniam legatus ac episcopus Brixensis, vobis religiosis nobis in Christo dilectis Johanni et Heinrico in domino salutem et religiose profectum.

Laudamus dominum, qui vobis spiritum dedit recte agendi et vos ipsos mundi illecebritatibus spretis in holocaustum offerendi, cui non placet nisi cor contritum et humiliatum.<sup>1)</sup> Sane sepius a vobis informati, quod vitam vestram deo dedicare instituistis in solitaria vita et cum observancia trium substancialium: obediencie, pauperitatis et castitatis, nosque tamquam superiorem elegistis, sub cuius iussione et imperio ac nostrorum successorum vitam istam brevem consumare decrevistis, ut meritum obediencie assequamini; secundum propositum vestrum quasi a deo inspiratum laudamus et in directionem nostram vos acceptamus.

Primo loco ordinantes, vos habitum religiosorum conversorum ordinis sancti Benedicti deferre debere, nigri aut grisei coloris.

Secundo, quod vos in ordinacionibus et ceremonialibus, tam quoad tempus quam quoad numerum oracionis dominice et salutationis angelice, vos conformare debeatis aliis religiosis laicis conversis, seu saltim ut infra sequitur:

<sup>1)</sup> composita – 2 Cusa: u.a.H. nachgetragen. 11 elegistis: em. eligeritis.

<sup>1)</sup> Vgl. Ps. 51(50),19.

20 Primo ante introitum matutine trinam oracionem. Ad matutinas pro antiphona unum „Pater noster“. Pro matutinis triginta sex „Pater noster“ et semper totidem „Ave Maria“ cum „Gloria patri“. Ad laudes pro toto septemdecim „Pater noster“ et totidem „Ave Maria“. Ad primas pro toto undecim „Pater noster“ et totidem „Ave Maria“ cum „Credo in deum“.

25 Ad tercias pro toto undecim „Pater noster“ et totidem „Ave Maria“. Ad sextas pro toto undecim „Pater noster“ et totidem „Ave Maria“. Ad nonas pro toto undecim „Pater noster“ et totidem „Ave Maria“.

Ad vespertas pro toto septemdecim „Pater noster“ et totidem „Ave Maria“. Ad completorium pro toto undecim „Pater noster“ et totidem „Ave Maria“ et „Credo in deum“. Et semper ad tria „Pater noster“, „Gloria patri“ et super completorium trinam oracionem prenotatam cum aliquibus oracionibus.

Eciā ceremonialia ut decet cum taciturnitate, specialiter temporibus et locis prohibitis, cum capitulo sextis feriis et communi culpa dicendo.

Salvo, si propter propriam imposicionem aut devocationem vel festivitatis magnitudinem oraciones prefatas velitis duplicare vel alias addere.

Quo vero ad exercicia corporalia, hoc observandum censemus, quod ab operacione sive spirituali sive manuali nisi necessitas quietem imperaret, nunquam cessandum esse. Ait enim sanctus Ieronimus: „Semper aliquid operis facito, ut te dyabolus inveniat occupatum.“<sup>2)</sup>

40 Et quoniam a vobis omnem proprietatem sponte abdicatis tam in communi quam in particulari, hic cum elemosina queretis; legem nullam aliam vobis damus nisi illam, quam Christus dedit discipulis.

Edentes et bibentes, que vobis ministrabuntur. Salvo tamen, quod sextis feriis semper memoriam mortis Christi absque ovis et lacticiniis ieunetis et a carnibus feria secunda, quarta et sabbato abstineatis. Insuper in adventu domini et quadragesima conformetis vos regulam sancti Benedicti observantibus.

Et dum estis in heremo regulare ieuneum et abstinentiam carnium, nisi necessitas et infirmitas vos excusaverit, regulariter observetis. Conformantes vos in lectisterniis in heremo eisdem fratribus. In via vero, prout deus dederit, semper non ad molliciem et delectacionem, sed tam in lectisterniis quam vestimentis ad necessitatem secundum locum et tempus respicientes, solum illud concessum vobis esse credentes, quod vite vestre, ut deo serviatis et non carni in bona conscientia iudicaveritis, oportunum.

Habetis licenciam ad nobis confitendi peccata vestra ydoneo sacerdoti; illa utamini, quantum possibile est, omni sabbato vel dominica confitendo et ad longius ultra quindecim dies non protrahendo.

Dispositi semper, quantum in vobis est, omnibus diebus dominicis, maxime in duodecim mensium inicio aut prope ac maioribus festivitatibus sacrum eukaristie

---

22 cum – 23 Maria<sup>1</sup>: a.R. eingefügt. 37 nunquam: *doppelt*. 51 respicientes: *folgt getilgt* sol.

2) Hieronymus, Epist. 125 Nr. 11, ed. Migne, PL XXII 1078.

sacramentum recipiendi a proprio vestro sacerdote plebano scilicet aut de eius licencia ab alio.

Mutuam ad invicem et indissolubilem caritatem tenentes: „Alter alterius onera porta-<sup>60</sup> te“.<sup>3)</sup> In silencio, ubi necessitas aliud non imperaverit, maxime in oratorio, refectorio et dormitorio vitam ducentes.

In aliis vero locis et temporibus vos ipsos ad dei cultum et humilitatem Christi for-  
mem (!) ammonentes et exhortantes. Lectionibus et exemplis sanctorum heremitarum  
spiritum vestrum in dei timore reficientes. Et que debet esse vestra conversacio in <sup>65</sup>  
heremo, illa, quantum conceditur, sit in via et peregrinacionibus vestris, ut exemplo  
vestro sancto multorum peccatorum corda ad humilitatem et penitenciam in dei  
laudem emolliatis et revocetis.

Hoc sit pro vestro inicio vobis, qui a nobis pasci postulastis, offerimus. Reservato  
semper nobis et posteris nostris has regulas secundum quod visum fuerit saluti vestre <sup>70</sup>  
expedire immutandi et corrigendi atque alias addendi et melius et perfeccius ordinandi.  
Volens quod si quid emerserit, ad nos aut nostrum in spiritualibus vicarium recurratis  
recepturi semper obedienter, que per nos aut nostrum vicarium statuetur.

Datum in Brunek nostre diocesis sub nostro sigillo, die prima mensis Maii, anno a  
nativitate domini millesimo quadragesimoquatusmo secundo, pontificatus <sup>75</sup>  
santissimi in Christo patris et domini nostri, domini Nicolai divina providencia pape  
quinti, anno sexto.

Statuta regule anachoretorum aut solitariorum in heremo, specialiter illorum personarum per reveren-  
dissimum patrem et dominum, dominum legatum ac episcopum prenotatum, composita.

---

63 vero: *folgt getilgt* lo.

---

<sup>3)</sup> Gal. 6,2.